Dypl. BJ 545

PAULUS EPUS
SERUUS SERUORUM DEI
AD PERPETUAM
REI MEMORIAM

Ecclesiam suam Deus beluti mu-
nitissimam quamdam arcē
ita instruxit ut mille clypei
pendeant ex ea omnis armatura

Fortium olim bel-
lantem atque arma eiusmodi
ſunt zelus et ſcientia Docto=
rum qui ſanam doctrinam vel
e cathedra vel e ſuggeſtu
tradendam ſuſcipiunt eam=
demque ut facile in animos
influat integritate morum
et vitae ſanctitate commendant
Nimirum ad Ecclesiam tuen=
dam ne portae inferi praevale=
ant adversus eam neque do=
ctrina ſatis habet autorita=
tis ſine ſanctitate et ſancti=
tas minus habet robur cum
Doctrina coniuncta Sama=
ritanis impedire conanti=
bus ne Iſraelitae redeuntes e
captivitate Hieroſolymae di=
ſiecta moenia reſtituerent ii qui=
bus inſtauratio commiſſa

Erat una manu
faciebant opus, altera tene-
bant gladium. Atque hos qui-
dem imitati sunt quovis tem-
pore et quotidie imitantur
egregii Doctores, quos subin-
de Deus excitat, in iis praesertim
Regionibus quae ab ecclesiae
hostibus cuiusmodi sunt haere-
tici atque Schismatici tamquam
a Samaritis quibusdam Hiero-
solymae infensis et contumaci-
ter adversantibus circumval-
lantur. Porro inter eiusmodi
egregios viros doctrina et
sanctitate praestantes, qui fa-
cerent simul et docerent atque
Orthodoxam fidem ab hisce
adversariis nequissimis oppu-
gnatam defenderent, dignum
certe qui numeretur in paucis

Beatum Johannem
Cantium fuisse nemo ambiget
qui eumdem noverit in Craco=
viensi Academia purissimam
haustam e Fonte scientiam tra=
didisse quum per ea tempora in
aliis non longe dissitis Regio=
nibus hereses et schismata
grassarentur et sanctiorem mo=
rum disciplinam quam concio=
nando e suggesta explicare
Populo satagebat humilitate
castimonia misericordia, Cor=
poris afflictatione ceterisque
integerrimi Sacerdotis et
strenui Operarii Virtutibus
confirmasse. Atque non modo
illius Academie Professoribus
ornamentum ac decus addidit
singulare sed exemplum etiam
mirifico profuturum reliquit

Ceterisque omnibus
qui in simili munere versantur
ut perfecti Doctoris obire mu-
nus impigre studeant et scien-
tiam Sanctorum simul cum aliis
facultatibus que velut ancil-
le illi subserviant ad diuinã Dei
laudem et gloriam docere om-
ni studio atque operâ nitantur
Ipse interea Beatus Iohan-
nes decoratam olim suis virtu-
tibus Academiam propitius
ab alto respiciens nunquam de-
sinet et inclytam Nationem eius
suam Orthodoxe Romane fidei
non modo cultricem egregi-
am sed validam etiam propu-
gnatricem perenni suo patro-
cinio fouebit ac proteget Quo-
circa cum Beatus Iohannes
Cantius scientie studium ad

Quinq ei laudem
et gloriam referens lucerna ex-
titerit in Eccleſia Dei ardens et
lucens nec minus editis poſt
mortem miraculis quam in vita
virtutibus coruſcaverit. Nos pro-
inde poſt eam quam rei gravitas
poſtulabat accuratam ac diutur-
nam virtutum et miraculorum
diſcuſſionem adhibitis in Con-
ſilium venerabilibus Fratri-
bus Noſtris Sanctæ Romanæ
Eccleſiæ Cardinalibus necnon
Patriarchis plurimiſque Ar-
chiepiſcopis et Epiſcopis in
Urbe congregatis atque in-
primis Patre luminum pie
atque humiliter invocato eun-
dem præfatum beatum Joannem San-
ctorum in numeram referen-
dum atque in Eccleſia Dei

Venerandum et
colendum esse decrevimus de-
finimus et declaramus In
Oppido Kentii Cracoviensis
Dioecesis Beatus Iohannes
Cantius ex illustribus Con-
sulari genere et Christiana
pietate parentibus natus est
die Iunii vigesima quarta
Anno supra millesimum tre-
1397 centesimo nonagesimo septi-
mo Sedulam educationem cum
indole egregia coniunctam se-
quuta est ut adolescenti innocentia
singularis atque eam morum
gravitas ut virum quodam-
modo in puero mirari liceret
Artibus iis quibus pueritia
ad humanitatem informari
solet statim excultus ad Cracovi-
ensem Academiam non ita

pridem undatam
miſſus eſt ut Philoſophicam ac
Theologicam facultatem addi-
ſceret. Et quidem in iis ingenii
acumine et laboris patientia
prae ceteris tantum profecit ut
in Philoſophia eximium hono-
ris gradum, in Theologia Do-
ctoris non lauream modo ſed
ſummam etiam adſequeretur.
Id autem munus et ex cathe-
dra et e ſacris roſtris ita obi-
bat ut auditorum animis cum
pura ſinceraque doctrina ſtu-
dium pietatis et religionis
inſereret. Atque haec quidem
doctrinae ſinceritas Romanae
eccleſiae plane conſentiens eo
pluris facienda erat quod per
ea tempora praeſentiſſimum
veluti pharmacum erat adverſus

Errorum atque
hereſum luem que Pollanie
Britannie et Germanie
Bohemiaque inferebat. Porro tan-
ta illius tum doctrine tum vite
integritasque preclaro ſigno di-
vinitusque oſtenſa est. Cum enim
exorto Cracovie incendio
flamme in immenſum ex-
creſcentes ita ſerperent, ut
univerſa mox civitas abſu-
menda videretur, effuſisque in
preces Joannes, quando-
quidem in humana ui ſpes
nulla iam erat, virum ſibi
maturum evo adſpectu vene-
randum Sanctum Staniſlaum
Cracovienſem Epiſcopum eſſe
opinio fuit adſtantem vidit ex
eoque intuente exit incendium
ultra non proceſſit. Ceterum

moueret iues ut
a flagitijs deſiſterent ſibi conſ
faxint pœnas imminere longe
graviores. Verum cum Cives
proditionis immemores ad
ingenium et priſtinos mores
rediiſſent excitatum rurſus in=
cendium, Civitatem magna ex
parte conſumpſit Sacris my=
ſterijs quotidie Johannes tanto
animi ardore atque inde emi=
cante pietatis ſpecie operari
ſolebat ut iis qui aderant ſum=
mam erga rem divinam venera=
tionem ingereret. Quod cum
adverſarius humani generis
ferre non poſſet quadam die hi=
rundinis aſſumpta ſpecie tem=
plum circumvolitans adſtan=
tium mentes turbare atque
alio avertere conabatur

Itaque ut om-
nes viderent quod divinitus
ipſe non erat alterchenſam–
anem ad terram allidit ibi au-
tem illa in colubrum verſa hor-
rifico ſibilo ex oculis confeſtim
ſeſe ſubduxit Religioni qua
res divinas tractabat humi-
litas adiuncta erat qua ſibi
vileſcens nemini unquam
tametſi ſcientia omnium
facile ſuperiores preferebat
ſeſe quin etiam ſperni ſe ab
omnibus ac deſpici optabat
Tantum aberat ut obtrectantes
ſibi quod aliquando evenit
ſuique contemptores parum
æquo animo ferret Quæ cauſa
etiam fuit cur delatos ſibi ho-
nores declinaturus vilis atque
egeni hominis habitu longas

Pedeſtri ſemper itinere ſemel ad Sancta Palæſtinæ Loca quater ad Sancta Apoſtolorum Limina peregrinationes ſuſcepiſſet. Humilitatis comes erat rara quædam ac puero digna ſimplicitas. Itaque in factis eius ac dictis nihil ſubdolum nihil fictum. Quod clauſum habebat in pectore hoc in lingua promptum habebat. Huius autem eximiæ ſinceritatis quam nemo non noſſet illud ſane ſpecimen fuit plane admirandum. In Latrones inciderat qui poſt ereptam quam in crumena gerebat pecuniam num quæ alia ſupereſſet interrogarunt. Negat ipſe quidquam reliqui eſſe at mox reminiſcens aureos quoſdam

in este subsutos
revocatis Latronibus illos
etiam qui animo exciderant
offerebat. Tam inusitata sin=
ceritas perditorum quoque ani=
mos flexit. Itaque obstupefa=
cti pecunia quam abstulerant
statim reddita veniam sceleris
postulant illiusque precibus com=
mendant utrumque facile im=
petrant a Sancto Viro. Parochi=
am sibi delatam aliquandiu
diligentissime administravit
sed quamvis Pastoris quae sunt
officia sedulo expleret pro ea
qua erat meticulosa conscien=
tia ratus negotium esse pericu=
li plenum dimisit et consue=
tum in Collegio docendi munus
repetere tutius existimavit.
Abstinentiae deditus post

Adeptam Theolo=
giæ lauream, carnes nunquam
comedit ceterum cibus illi
parcissimus crebra ieiunia
flagrorum frequens perpe=
tuus, cilicii usus communis bre=
uis admodum nuda super hu=
mo, in senectute duntaxat ve=
sina pelle substrata. Castitatem
proinde tam animi tam corpo=
ris illibatam seruauit illiusque
argumentum idem et premium
fuit candidum sertum quo illum
Deipara Virgo cum Puero Jesu
sese conspiciendam exhibens
tanquam eximium clientem
suum decorauit. A peccato abhor=
ruit quam qui maxime, leues
noxas ita deflebat ut grauium
reus criminum uideretur. Ei
quam forte acerbias suis dam

era loquitur
ortam in aliis offenſionem ſuffi-
caretur antequam ad aram ac-
cederet ſupplex veniam non tam
ſui quam alieni erroris pete-
bat quum contra quae ſibi ab a-
liis inferebantur convicia
et probra, quo et miti animo
ferret & amore miſericordie
in proximos nullum ſerme offi-
cium fuit quod non amantiſſi-
me obiret afflictos in ſpem eri-
gere, moerentes alloquio ſolari,
peregrinos excipere, Carceri-
bus incluſos viſitare, pauperes
quotannis communis veſtibus
operire ſolemne illi erat ita
quidem ut occurrenti per viam
mendico qui nudis pedibus in-
cedebat detraheret ſibi calceos
et nuditatem illius operiret

ſuam ille interea
contegens pallio tamdiu dum Se-
Domum reciperet Die naſcenti
Domino Sacra dum ad ecclesiam
pergit pauperem nactus ſub hi-
eme rigentem gelu lamentabili
ſubſidium poſcentis voce commo-
tus ſua illum veste contexit quam
tamen mox domum reverſus ſuo
in Cubiculo divinitus repperit Ex
hac Johannis in Pauperes cha-
ritate in Cracoviense Collegium
pia et laudabilis quae ad hanc
usque diem manet conſuetudo in-
ducta est ut illius Profeſſores unum
aliquem quotidie Pauperem com-
munis ſecum prandio adhiberent
perinde quaſi in illius Persona
Christum ipſum convivam ha-
beant Hanc autem tam egregi-
am animi affectionem quapiam

Sacerdos nul-
lam proximorum calamitatem alie-
nam a se putabat insigni miracu-
lo Deus comprobavit. Nam cum enim
Ancilla quaedam ob situlam quam
lacte plenam ferebat lapsam e
manibus et confractam fleret
quod herae obiurgationem timeret
Iohannes miseratione ductus col-
lectis fragmentis et coagmentatis
pristinae integritati reddidit fusis
ad Deum precibus iisdemque mox a-
quam qua situlam impleri iussit
in lac commutavit. Christum Do-
minum pro salute nostra tam dira
atque infanda perpessum et me-
ditabatur assidue et flagrantis-
sime redamabat. Quem quidem
amorem ut simul incenderet et
expleret ad memoranda Christi
tormentis loca Hierosolymam

[P]edibus iter ſuſce-
pit. Ubi autem dici vix poteſt quam
reverenter, quam pie, quam arden-
ter non ſine gemitu et lacrymis
monumenta Servatoris noſtri
maxime inſignia perluſtraret. Nec
vero tenere ſe potuit quin Turcarum
impietatem ac perfidiam argue-
ret et Chriſtianae Religionis ve-
ritatem liberrime praedicaret, prae-
clare ſecum agi exiſtimans ſi ob eam
rem vitam, quod maxime optabat,
profundere contigiſſet. Ante Ima-
ginem Crucifixi Domini ipſas
prope noctes orando inſumebat at-
que in longas non ſemel extaſes
rapiebatur. Per diem vero poſt-
quam ſuo munere perfunctus
eſſet, e lecto ſtatim recta in tem-
plum. Ubi autem Chriſtum in Eucha-
riſtia latentem contemplaretur

N

ac reces diu protra-
hebat Summino vivus in. corde vivus
in ore Jesus erat Servabat autem pium
animi ardorem ut foveret in dies
atque augeret cum Sanctis qui-
busdam viris qui per id tempus
virtute florebant versari et col-
loqui gestiebat et quae in illis sum-
ma erat suspiciens emulabatur
Sed satis iam in vinea Domini
operarius impiger laboraverat
Tempus aderat mercedis accipi-
endae Itaque e languore corporis
presentiens Johannes mortem
haud procul abesse in eo totus fuit
ut ad feliciorem se exitum compararet
Imprimum misericordia in pau-
peres in quos quidquid domi supe-
rerat erogavit Divinam sibi mi-
sericordiam magis magisque con-
ciliavit tum confessione Sacramentali

Ubi quae erant con-
scientiae labes abstersit et Sanctis-
simo Christi Corpore refectus le-
cto decubuit. Ingravescens mor-
bus non metum sed spem afferebat.
Nihil enim optabat magis quam
ut quantocyus ab exilio migra-
ret ad Patriam. Divino tandem
Viatico roboratus post saluta-
ria monita quibus Collegas ad
omnia Christianae Virtutis ac prae-
cipue charitatis Officia inflam-
mavit, ad quos anhelabat, Christi
Jesu amplexus feliciter evolavit
die vigesima quarta Decembris
Anno reparatae salutis millesimo
quadringentesimo septuagesimo
tertio cum Annum ageret septua-
gesimum sextum. Sancti Viri Cor-
pus Cives Cracovienses ad Eccle-
siam delatum magnoque moerore

atque Honores ut
proſequuti ac tum præſertim quum
illius Sanctitas tametſi ſatis per-
ſpecta clarius eſſet miraculis
explendeſceret. Veneratio præterea
maior acceſſit ex odore quodam ſua-
uiſſimo quem ſentum triginta poſt
Annos a Beato eiuſdem obitu re-
cluſa Urna Sepulchralis efflauit
cuius rei teſtes fide digni extite-
runt. Porro purpuream Cantū
veſtem reuerendam vocant reli-
gioſe aſſeruatam videre ſolet
quiſquis Philoſophiæ recens
Decanus ſolenne dedit iuſiu-
randum vt vna cum veſte induet
tanti olim Magiſtri mores quo-
quomodo et virtutem induat.
Celebrior eius de Sanctitate
et miraculis fama, Epiſcopum
Cracouienſem impulit vt

Processum de
vtrisque consideret eoque rite
discusso Sanctae memoriae Vrba-
nus PP. VIII. Predecessor noster
negotium commisit Congrega-
tioni Sacrorum Rituum illud
precipiens vt omissa generali
specialem dumtaxat questionem
instituerit quod cum factum non
esset causa siluit ad Annum
vsque millesimum sexcentesi-
mum sexagesimum sextum quo
tandem felicis recordationis
Alexandri PP. VII. etiam Pre-
decessoris nostri iussu previo
Rituum Congregationis Con-
silio causa iterum tractari ce-
pit sed propter edita dicti Vr-
bani Predecessoris decreta
necesse fuit expediri Literas
remissoriales ad conficiendum

Proceſſum ſuper
Cultu immemorabili Beati Viri
per quem videlicet ab Urbani De-
cretis fieret exceptio Seu ius me-
diantem Cultus approbatio in ea-
dem Congregatione prodiit die
vigeſima m añi millesimi ſex-
centeſimi ſeptuageſimi ſexti
expeditis ſubinde novis Lite-
ris remiſſorialibus pro inſtitu-
enda quaeſtione ſpeciali inter
hec Predeceſſor quoque Noſter
Rec. memorie Innocentius
XI. die vigeſima ſeptima Se-
ptembris Anni millesimi Sex-
centeſimi octuageſimi Poloniae
Regis votis indulſit ut anni-
verſaria die Beati Joannis
Officium et Miſſa ſub Ritu Dupli-
ci in Urbe Cracoviae atque in Uni-
verſo Poloniae Regno recitari ac

Celebrari posset
quae tamen Beati Johannis Ve-
neranda memoria per Sacrorum
Rituum Congregationem paullo
post initio de causis translata
fuit in diem decimamnonam octo-
bris subjecto absoluto Processu
specialis inquisitionis valido-
que comperto quum scripta quae-
dam in Processu compulsata
Beato Johanni Cantio falso
tribuerentur eadem Rituum
Congregatio declaravit die
decima septima Septembris 17 IX 1730
millesimi septingentesimi tri-
gesimi non constare quod opera
in Processu Apostolico compul-
sata Beato attributa essent
ipsius Beati ideo procedi posse
ad ulteriora. Die postea iv. Julii
MDCCXXXiii. eadem Congregatio

Virtutum heroi-
carum excellentiam asseruit atq.
approbavit Subinde vero Beatus Jo-
hannes electus fuit in Compatro-
num Principalem Regni Polonie
et Magni Ducatus Lithuanie
eamq. electionem ipsa Rituum Con-
gregatio ratam habuit die decima-
sexta Februarii millesimi septin-
gentesimi trigesimi septimi con-
cessit preterea Officium sub Ritu dupli-
ci prime classis cum octava ac die
trigesima prima Martii millesi-
mi septingentesimi trigesimi noni
Oratione et Lectionibus propriis
secundi Nocturni de eodem probatis
Porro ventum est ad examen duo-
rum miraculorum quae Beati
Johannis intercessione divinitus
patrata ferebantur et primum
quidem illa in generali

Congregatione
die sexta mensis Augusti Anni
millesimi septingentesimi qua=
dragesimi quinti coram felicis
recordationis Benedicto xiv.
deinde in particulari coram
Nobis die vigesima secunda
Aprilis superioris Anni per=
pensa fuerit, et quamvis omni=
um suffragantium vota in affir=
mantem sententiam conveni=
rent nihil tamen ex Nobis statuere
visum fuit donec super alijs mi=
raculis coram Nobis in simili
generali Congregatione exami=
nandis communem animi sen=
sum perciperemus. Cum igitur
die secunda mensis Decembris
ejusdem Anni millesimi septin=
gentesimi sexagesimi sexti super 1766
novis miraculis similis

C

generalis congre-
gatio coram Nobis coacta fuiſ-
ſet quamquam cuncta ſuffragiis
digna omnino viſa eſſent quae
probarentur nihilominus ad Di-
vinam implorandam opem et ſu-
pernae gratiae lumen eorum appro-
bationem ad Kalendas Januarii
menſis proxime elapſi diſtuli-
mus Quae quidem dies Circum-
ciſioni Domini et Auguſtiſſi-
mo Jeſu Nomini conſecrata ad
eam rem maxime opportuna vide-
batur Quatuor autem ex propoſitis
miraculis in tertio genere proba-
vimus et haec ſunt Primum inſtan-
tanea ſanatio pueri Sebaſtiani
Luzarii a tranſmiſſa vitio Pa-
rentum et confirmata phthiſi
Alterum ſubita ſanatio puellae
Hedwigis Falkowna ab acuta

ebri cum inte=
gra atque absoluta virium in=
stauratione vertium impe=
trata momento temporis sana=
tio Mariae Sawlikie ob gravem
perniciosam febrem in extremum
vitae discrimen adductae Quar=
tum subita et perfecta sanatio
Antonii Olexowic a grandi et
profundo vulnere quod a iugulo
ad fauces vsque perductum pre=
ter tendines et maiora vasa ni=
hil intactum reliquerat et foetidis=
sima saniae stabat cum deiectio=
ne alimentorum e parte gutturis
perforata. Vsiq autem a medit
bunim in secundo genere cu=
iusmodi est Mercium in flu=
men sola prolapsarum et pro=
cul aquarum impetu et vi ra=
ptarum ad locum vbi demersae

Fuerant ad=
uerso flumine regressus Sed
cum ita se haberent res, fusis
ad Deum precibus et menti
Nostrae nova gratia ab eo lux af=
fulgeret tandem die secunda
Februarij currentis Anni quo
dies Purificationis Virginis Dei=
parae sacra est, Decretum Ca=
nonizationis Beati Joannis
Cantij quandocumque peragen=
dae pronunciavimus. Cumque
alias Christiani Principes
quamplures que Episcopi et
Poloniae Regni Proceres
Beati Joannis Canonizati=
onem peroptantes communi=
bus votis et postulationibus
apud Praedecessores Nostros
institissent atque etiam nunc
apud Nos Charissimus in

Chriſto filius 11
Noſter Stanislaus Auguſtus
Poloniae Rex Illuſtris et Di=
lecti quoque filii eiuſdem Re=
gni Magnates preſertim Eccle=
ſiaſtici, Cracovienſis Senatus
et Academiae eiuſdem, Civitis
Collegae omnes et Profeſſores 11
iteratis precibus inſtarent
Ut Ultimam denique Sententiam
ferremus ſuper tantopere opta=
ta Beati Viri Canonizatione
Ut more inſtituto que Praedeceſ=
ſorum Nostrorum tanti momenti
rem perageremus Univerſi
primum, Collegii eorumdem
Venerabilium Fratrum No=
ſtrorum Sanctae Romanae Eccle=
ſiae Cardinalium in Conſiſto=
rio Secreto die Vigeſima Se=
ptima Aprilis proxime elapſi 27 IV

coram Nobis con-
gregatorum, Consilium audi-
endum duximus, iisque postquam
de serie totius Causae ad ple-
num instructi fuerant adhor-
tantibus nos ad illius absolu-
tionem necnon probantibus
nihil amplius cunctandum
rati venerabiles fratres Ar-
chiepiscopos et Episcopos non
modo propinquiores sed remo-
tiores etiam per Italiam de-
gentes ad Urbem convocandos
curavimus. Ut nobis de Beati
Joannis Cantii, necnon de Bea-
torum Josephi Calasantii a Ma-
tre Dei, Josephi a Cupertino
Hieronymi Emiliani, Sera-
phini a Monte Granario ab A-
sculo denominati et Joannae
Franciscae Fremiot de Chantal

Solemni canonizatio-
ne quam sibi Deus inspirasset
sententiam declararent Prete-
rea ut eximie Beati Johannis
virtutes et probata miracula
necnon in totius Causae discus-
sione adhibite cautiones noto
omnibus fierent narrationem
illarum ex authenticis docu-
mentis haustam et diligenter
in compendium redactam typis-
que vulgatam Patribus omni-
bus suffragaturis exhiberi
mandavimus. Nos in dicto coram
Nobis Consistorio publico die
Decima Maii vertentis Anni 7V
et adstante Universo Clericorum
ordinum et Collegiorum coetu
precepimus ut dilectus filius
Alexander Rita Nostre Consi-
storialis Aule Advocatus

Virtutes et mi-
racula Beati Ioannis oretenus palam exponeret Demum
conuocatis die prima Iunii 1VI
proxime preteriti in Consistorio semipublico eisdem Sancte
Romane ecclesie Cardinalibus
necnon Patriarchis Archiepiscopis et Episcopis qui in Urbe
conuenerant ab iis quesiuimus
an ad Beati Ioannis Cantii
Canonizationem deueniri posse censerent Qui tunc summa
animorum consensione pluribus grauibusque rationibus in affirmatiuam sententiam ire
comperti sunt Que circa a dilectis quoque filiis Apostolice Sedis Notariis Publica Instrumenta confici et suffragiorum
ipsorum exempla a singulis

ſubſcriptam in Tabula-
rium Curiæ S.tæ Romanæ inferri
mandavimus. Ut autem a Deo
Optimo Maximo quid Sibi placi-
tum eſſet dilucide agnoſcere-
mus, publicas quoque Orationes
et dies generalis Ieiunii per
Urbem indiximus et tres Patri-
archales Baſilicas deſignavi-
mus in quibus Sanctiſſimum
Eucharistiæ Sacramentum
publicæ Fidelium Adorationi
per triduum exponi iuſſimus
omnes hortando ut poſtquam
Sacramentali Confeſſione
expiati et Chriſti Corpore re-
fecti fuiſſent in una ſaltem ex
dictis Baſilicis Omnipoten-
tem Deum ad impetrandum No-
bis Spiritum ſapientiæ et intel-
lectus quo nobis manifeſta fieret

[illegible]

llius voluntas
Nobis omnium precarentur Indul-
gentia ad id Plenaria et Pec-
catorum remissione conces-
sa Nos quoque ipsi preter eas
quas privatim fuderamus
assiduas et plenas humilis
fiducie preces publicas quo-
que in tribus designatis Ba-
silicis addendas curavimus
in quo quidem non sine tene-
ro quodam pietatis sensu
atque animi Nostri in Do-
mino exultatione spectavi-
mus quanta esset Romani
huius Populi Religio ac
Pietas cum ex omni condi-
tione atque ordine ad eas-
dem Basilicas convenis-
sent ac sua de solemniori
cultu Pietatis decernendo

Vel accentes
precessoruida Vota depromerebat
Cum in hac die Sacra Bea=
tissime Virginis Marie de
Monte Carmelo qua die
Coronationis Nostre annu=
a recolunt Solemnia in Ba=
silica Principis Apostolo=
rum splendide et magnifi=
ce ornata ad quam servato
Sublicationis publice for=
ma Nos processerunt om=
nes Cleri Secularis et Re=
gularis Ordines et Mini=
strorum Romane Curie, Col=
legia una cum Venerabili=
bus Fratribus Nostris Sanc=
te Romane Ecclesie Cardina=
libus necnon Patriarchis
Archiepiscopis et Episco=
pis priusquam immaculatam

Hoſtiam ſolem-
ni noue legis ſacrificio
Omnipotenti Deo offerre-
mus inſtante iterum ite-
rumque dilecto filio noſtro
Carolo Vitali Sancti Clemen-
tis Sancte Romane eccleſie
Preſbytero Cardinali Rezzo-
nico nuncupato eiuſdem San-
cte Romane eccleſie Camera-
rio ad Canonizationem im-
petrandam Procuratore
conſtituto decantatis ſacris
eccleſie precibus ut Deipare
Virginis Angelorum et San-
ctorum omnium cum Chriſto
regnantium interceſſione
divinam opem imploraremus
ac Paraclyto Spiritu cum
gemitibus ut adeſſet invo-
cato ad honorem Sancte et

Individuae rini-
tatis ad exaltationem Fidei
Catholicae et Christianae Re-
ligionis augmentum au-
thoritate Domini Nostri
Jesu Christi, Beatorum A-
postolorum Petri et Pauli
et Apostolicae Authorita-
tis plenitudine ac de Ve-
nerabilium Fratrum Nostro-
rum Sanctae Romanae Ecclesiae
Cardinalium Patriarcha-
rum Archiepporum et Eporum in
Urbe existentium Consilio
et assensu ipsum Beatum
Johannem Cantium Sacerdo- ||
tem Saecularem, Beatum
Beatis Josepho Calasan- ||
ctio a Matre Dei, Josepho a
Cupertino, Hieronymo Emi-
liani, Seraphino a Monte

Cravario ab
Oſtulo denominato et Johan-
na Franciſca Fremiot de
Chantal Sanctam eſſe decre-
vimus et definivimus ac San-
ctorum Cathalogo adſcripſi-
mus illamque ab univerſis
Christifidelibus tamquam
vere Sanctam religioſo cul-
tu honorari mandavimus
prout etiam tenore præſen-
tium definimus decerni-
mus et declaramus ſtatu-
entes et concedentes ut ab
univerſali Eccleſia in eius
honorem eccleſiæ et Altaria
in quibus Sacrificia Deo
offerantur ædificari et con-
ſecrari et ſingulis annis
preſcripta die Decimano-
na menſis Octobris ipſius

Sancti Iohannis
Cantii inter Sanctos Confes-
sores ab Ecclesia memoria
recoli possit, eademque au-
thoritate omnibus Christi-
fidelibus qui eadem die An-
nis singulis ad Sepulchrum
in quo Corpus eiusdem San-
cti Iohannis requiescit vi-
sitandum accesserint perpe-
tuo Septem Annos et totidem
Quadragenas de iniunctis
eis aut alias quomodolibet
debitis Poenitentiis miseri-
corditer in Domino in forma
Ecclesiae consueta relaxamus.
Sub hoc eternum Patrem Re-
gemque gloriae Christum
Dominum Patris Sempi-
terni Filium et Sanctum Pa-
raclytum Spiritum Unum Deum

ac Dominum
nostrum debita gratiarum actio-
ne venerati, omnibusque Chri-
stifidelibus ibi praesentibus
Plenaria peccatorum remis-
sione et Indulgentia conces-
sa supra Beati Petri Confes-
sionem Sacrosanctum Missae
Sacrificium solemniter cele-
bravimus, facta eorumdem San-
ctorum speciali commemora-
tione. Ceterum si inter illustres
quibus vera Ecclesia dignosci-
tur notas, non postrema est
divinitus patefacta et testa-
ta Sanctitas eorum qui in quo-
vis ordine et statu in illa flo-
ruerunt, equum omnino et
pietati consentaneum est ut
gratias Deo et Patri per Chri-
stum Dominum agamus, quod illi

lauerit ex
eo thesauro unde quotidie
profert noua et uetera tot
ac tantas gratie sue diuiti-
as in Sanctum Johannem
Cantium effunderet easque de-
inde ad ornamentum ac decus
ecclesie sue palam facere per
miracula que ad solemnem
tam insignis Serui sui Canoni-
zationem uiam atque aditum
aperuerunt Est preterea quod
gratulemur inclyte Polonie
Nationi que cum pietati pre ce-
teris maxime addicta sit non
potest certe non summo exul-
tare gaudio quod in tanta re-
rum perturbatione tantoque
Religionis discrimine no-
uum hoc sibi presidium ac-
cesserit quo egregia et

Generoſa Su-
orum indoles magis ma-
giſque nullis perterrefacta
periculis Romanam fidem
aduerſus finitimos tum
Haereticos tum Schiſmati-
cos et arcte retineat et forti-
ter ut ſemper magna cum
laude praeſtitit ad ſangui-
nem uſque tueatur. Acade-
mia vero Cracovienſis
in hanc olim Alumnum
nunc Patronum ſuum quo-
ties oculos defiget defiget
autem quotidie praepoſitum
ſibi praeclariſſimum videbit
exemplar unde illius Ma-
giſtri et Doctores et bene
docere et recte facere diſcant
dum Joannes de Kanty nos
adhuc loquitur atque ad

omne [V]irtutis
officium hortatur Suori=
am Verohisc omnibus de
more peractis idem Carce=
lus Cardinalis et Procu=
rator designatus a Nobis
quo par erat obsequio postu=
lavit ut Apostolicas No=
stras Literas in gestorum
omnium perenne monu=
mentum decerneremus
Nos petitioni per quam li=
benter annuentes presentes
Nostras Literas edi et pa=
lam fieri demandavimus
statuentes earundem exem=
plis etiam impressis ab ali=
quo ex Notariis publicis
subscriptis et Sigillo Per=
sonae in ecclesiastica Digni=
tate constitutae munitis

R6

eandem prorsus
fidem ab omnibus adhiberi
que ipsis originalibus li=
teris adhiberetur si exhibite
vel ostense forent Nulli ergo
omnino hominum liceat
hanc paginam nostre defi=
nitionis decreti adscripti=
onis mandati statuti, con=
cessionis relaxationis et
voluntatis infringere vel
ei ausu temerario contraire
Si quis autem hoc attentare
presumpserit indignationem
omnipotentis Dei ac beatorum
Petri et Pauli Apostolorum
eius se noverit incursu=
rum Datum Rome apud San=
ctum Petrum Anno Incarnationis
Dominice millesimo septingente=
1767 simo sexagesimo septimo

decimoseptimo ab
Augusti Pontificatus Nostri
Anno Decimo.

✠ Ego Clemens Catholicae Ecclesiae Episcopus



✠ Ego C. A. Epus Ostien. et Veliternen. Card. Cavalchini S. C. Decanus
✠ Ego F. M. Epus Portuensis et S. Rufinae Card. de Lantes
✠ Ego J. Fr. Epus Sabin. Card. Albani
✠ Ego H. Epus Tusculan. Card. Dux Eboracen. S. R. E. V. Cancellarius

Ego F. Ep.us Albanen. Card.lis Serbellonus.

Ego J. F. Epus Prenest. Card.lis Stoppanus

Ego C. Tit: S: Clementis Pbr Card. Rezzonico S: R: E: Camerarius

Ego J. M. tit. S. Silvestri in Capite Presbiter Card. de Rubeis

✠ Ego F. M. tit. S.ti Alexii Pr. Card.lis Castelli
✠ Ego G. tit. S. Petri ad Vincula Presb. Card. Stoppanius
✠ Ego P. H. tit. SS.mae Trinitatis in M.te Pincio Presb.r Card.lis Guglielmi
✠ Ego Cr. tit. S. [illegible] in [illegible] Card.lis [illegible]
✠
✠ Ego Fr. L.s Basilicae SS. XII Apostolorum Prbr Card.lis Ganganelli
✠ Ego M. A. Tit. S. M.ae De Pace Pr. Card. Columna
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠
✠ Ego J. Tit. S. Joannis ante Portam Latinam Presb. Card. Buonaccorsi
✠
✠ Ego J. C. Tit. SS. Jois et Pauli Presb. Card. Boschi M. Poenitentiarius
✠ Ego L. Tit. S. Anastasiae Pr. Card. Calinus
✠
✠ Ego A. Tit. Sanctae Mariae in Via Presb. Card.lis Columna Branciforte

Ego P. Tit. S. Marię Trans-tyberim Presbiter Card.lis Pamphilius

Ego Ph. M. tit. S. Chrysog. Presb. Card. Pirellius

[illegible] Ego N. S. Eustachij Diaconus Card. Corsinus

Ego P. Sctę Marię ad Martires Diac.us Card.is Ursinus

Ego S. Marię in Porticu Diac. Card. Chisius

Ego A. M. Sctę Agathę ad Suburam Diac. Card. Corsinus

Ego J. F. Scti Caesarej Diaconus Cardinalis Caraciolo de S.to Bono

Ego N. S. Georgij in Velabro Diaconus Card. Cerrelli

Ego A. S. Angeli in Foro Piscium Diac. Card.lis Corsinius

A. SS. Vitj et Modesti Diac. Card. Nigronus

Ego A. S. S. Adriani Diacon. Card. Piccolomineus

Ego A. Sctę Marię de Scala Diaconus Card. Canale

Ego B. S. Cosmę et Damiani Diaconus Card. Veterani

...philius

...y

...us

...d.is Ursinus

...G. Tongiani

...rauiolo de S.to Bono

...F. Cerrelli

Cardlis Corsinius

...rd. Nigronus

...colominius

...t Canale

...rd. Peteranj

✠
✠
✠

Card. Prod.s A. Card. Nigronus

Visa

De Curia J. Manassei

L. Cugerius

Registrata in Secretaria Brevium